Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisches Gebet- und Stundenbuch - Cod. U. H. 22

[Bamberg (Diözese)?], [Ende des 15. Jahrh.]

[Gebet an Anna und Maria]

urn:nbn:de:bsz:31-231908

Visual Library

et fias meus protector contra malignum
accusatorem dyabolum. Sis mihi perpetuus
defenſor adverſus inſidias hoſtis antiqui
Et in ſocietate angelorum omniumque ſan + ſancta rumque tu arum
ctorum tuorum in paradiſo me gaudere et
perſeverare facias. qui es benedictus in ſe
cula ſeculorum Amen Sequencia de Beata
Inviolata integra et caſta es virgine Maria
Maria Que es effecta fulgida celi por
ta O Mater alma chriſti chariſſima.
Suſcipe pia laudum precamina noſtra
ut pura pectora ſint et corpora. Que
nunc flagitant devota corda et ora Tu
da per precata dulciſona. nobis concedas
veniam per ſecula O benigna. o regina
o Maria. que ſola inviolata permanſiſti
Adeſto ſancta et De ſ. Anna Oratio
A inclita Anna Ave maria gracia
plena dns tecum. et gracia tua ſit mecum
Benedicta tu in mulieribus et benedictus

228

fructus uentris tui Jesus christus. Et benedicta sit sanctissima mater tua Anna de qua sine macula processit caro Virginea Amen. Adesto o diua atque propicia mater sancta Anna. #

Deus qui per gloriosam resurrectionem unigeniti filii tui domini nostri ihesu christi familiam tuam letificare dignatus es concede propicius ut per venerabilem eius genitricem virginem mariam perpetue vite gaudia capiamus per eundem christum dominum nostrum amen. Diuinum auxilium maneat semper nobiscum amen ~ "Conferre" "tantam gratiam" dignatus es

Deus omnipotens, qui S: Annam, matri Virginis Mariae genetricis filij tui Jesu Christi, mater esse meretur, concede propitius, ut mereamur per amborum intercessionem, ad te uenire Amen.

fol: 185 [illegible] am.